



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome In Qvatro Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi**

**Spina, Claudius de**

**Parisiis, 1551**

25. de conditionibus lib. arbitrij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38840**

ne contentus est, superiori vero auctoritate ita retineantur membra, ut non exhibeantur arma iniquitatis peccato: sic habendum existimo, velut lignum vetitum mulier sola comedere. Si autem in consensu illo ita decernitur quodque peccatum, ut si sit potestas, in opere compleatur, intelligenda est mulier dedisse viro suo simul edendum illicitum cibum. Neque enim potest peccatum non solum cogitandum suaviter, verum etiam perpetrandum efficaciter mente decerni: nisi & illa mentis intentio, penes quam summa potestas est, membra in opus mouendi, vel ab opere cohibendi, malae actioni cedat, &c.

DE CONDITIONIBVS  
Liberi Arbitrij.

DISTINCT. Vigesimaquinta  
CAP. Primum.

*Liberum Arbitrium ad praesens vel praeteritum non refertur, sed ad futura contingentia, sed non ad omnia.*

Quod enim in praesenti est, determinatum est, nec in potestate nostra est, ut tunc fit vel non fit quando est: potest enim non esse vel aliud esse postea, sed non potest non esse dum est, vel aliud esse dum est, id est quod est: sed in futuro an hoc fit vel illud, ad potestatem liberi arbitrij spectat. Nec tamen omnia futura sub potestate liberi arbitrij

R ij

*ad hunc lib. ar. 6.*

veniunt, sed ea tantum quæ per liberum arbitrium possunt fieri vel non fieri. Si quis enim tale quid velit ac disponat facere quod in eius nullatenus sit potestate, vel quod sine ipsius dispositione æquè fieret, in hoc ipse liberum non habet arbitrium.

C A P. Secundum. In Deo est liberum arbitrium.

Quæstio in  
Deo liberum  
arbitrium non  
est. 74. a

Quæstio in  
Deo non

**E**T quidem secundum prædictam assignationem in Deo non est liberum arbitrium, secundum quod in his tantum esse videtur, in quorum videlicet potestate est eligere bonum vel malum. Et sic Hierony. negat in Deo liberum arbitrium, in quadam hom. de fil. prod. dicens: Solus Deus est, in quem peccatum non cadit, nec cadere potest. <sup>in 15. c.</sup> <sup>Luc.</sup> Cætera quum sint liberi arbitrij, in utraque <sup>10. 3.</sup> partem flecti possunt. Sed in eo dicitur esse lib. arb. quia liberæ voluntatis arbitrio, & non necessitatis obsequio, omnia operatur iuxta illud Apost. Omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout vult. Ideo Aug. ait: Certè Deus ipse nunquid quoniam peccare non potest, ideo liberum <sup>Lib. 22</sup> arb. habere negandus est? Libertas autem ad <sup>de ciu.</sup> malum non est ipsius arbitrij libertas (quonia <sup>de. ca.</sup> hæc bonum naturale quoddam est) sed pro <sup>ult.</sup> nitas quædam est peccandi & curuitas, quæ ex peccato est, & malum est.

CAP. Tertium. In angelis & beatis  
est liberum arbitrium.

Lib. 22  
de ciu.  
ca. 30.  
ca. 105

**A**ngeli verò & beati qui iam cū domino feliciter viuunt, atq; ita gratia beatitudinis cōfirmati sunt vt ad malum flecti nec velint, nec possint, libero non carent arbitrio. Vnde Aug. Sicut primā immortalitas fuit, quam peccando Adā perdidit, posse nō mori: ita primū lib. arb. posse nō peccare, nouissimum nō posse peccare. Idē in Enchi. Sicut oportebat prius hominem fieri, vt bene velle posset, & malè: postea verò sic erit, vt malè velle nō possit: nec ideo libero carebit arb. multò quippe liberius est arb. quod omnino non poterit seruire peccato. Neq; aut voluntas non est, aut libera dicēda non est, qua beati sic esse volumus, vt esse miseri non solūm nolimus, sed nequaquā prorsus velle possim⁹. Sicut ergo aīa nostra nūc habet nolle infelicitatē: ita nolle iniquitatē semp habitura est. Sed ordo seruandus fuit, quo Deus voluit ostēdere q̄ bonū sit animal rationale, quod etiam peccare possit: quanuis melius sit quòd peccare non possit.

Ex prædictis perspicuum fit, quòd maior *Corrolariū*  
fuit libertas arbitrij prima, quā secūda, &  
tertia multò maior quā secūda vel prima.  
Prima enim libertas arb. fuit, in qua poterat  
peccare & non peccare. Vltima verò erit in

qua poterit non peccare, & non poterit peccare. Media verò, in qua potest peccare, & non potest non peccare, ante reparationem etiam mortaliter post reparationem verò saltem venialiter.

f. 185. b.

C A P. 4. *Quatuor status lib. arb. in homine.*

**P**rimus: Antè peccatū enim ad bonum nil impediēbat, ad malū nil impellebat.

**S**ecundus, Post peccatū verò ante reparationem gratiæ habet infirmitatē in malo, & deficientē gratiā in bono. & ideo potest peccare, & non potest non peccare. **T**ertius,

Post reparationē verò ante confirmatiōē habet quidē infirmitatē in malo, sed gratiā in bono, vt possit peccare propter libertatē & infirmitatē: & possit nō peccare ad mortem propter libertatem & gratiā adiuuantē: nondū tamen habet posse omnino nō peccare, vel nō posse peccare, propter infirmitatē nondū perfectē absorptā, & propter gratiā nondū plenē cōsummatā.

**Q**uartus, Post cōfirmatiōē, infirmitate penitus cōsumpta, & gratia cōsummata, nec vinci poterit nec premi. & tunc habebit non posse peccare.

C A P. *Quintum. Per peccatum liberum hominis arbitrium corruptum est et infirmatum.*

**P**er illud nanque peccatum naturalia bona, vt ingenium, memoria, intellectus, & alia, in ipso homine corrupta sunt, &

Gratia  
adiuuans.

Bona naturalia.  
Gratuita.

Lu. 10 gratuita detracta. Hic est enim ille, qui à la-  
tronibus vulnerat<sup>9</sup> est, in naturalibus bonis,  
& spoliatus est, gratuitis. Vnde August. in  
Ca. 30 Enchi. Libero arbitrio malè vtens homo, &  
se perdidit, & ipsum. Cùm enim libero arb.  
peccaretur, victore peccato amissum est & li-  
berū arb. A quo enim quis deuiçtus est, huic  
2. pe. 2 seruus addiçtus est. Ecce lib. arb. dicit homi-  
nem amisisse: non quia post peccatū non ha-  
buerit lib. arb. sed quia libertatem arbitrij  
perdidit: non quidē omnem, sed libertatem  
à miseria & peccato.

C A P. 6. *Triples libertas.*

**E** St nāque triplex libertas, scil. à neces-  
sitate, à peccato, & à miseria. Prima à  
necessitate, & ante peccatū & post æ-  
quē liberum est arbitriū. Sicut enim tunc co-  
gi non poterat, ita nec nūc. Vbi enim neces-  
sitas, ibi non est libertas, nec volūtas, & ideo  
nec meritū. Et hæc libertas in omnibus est,  
tam malis quàm bonis. Secūda à pecca-  
2. co. 3 to, de qua dicit Apost. Vbi Spiritus domini,  
Ioh. 8. ibi libertas. & in Euāg. Si Filius vos libera-  
uerit, verè liberi eritis. Ideoq; dicit Augu. qd  
homo malè vtens lib. arb. & se perdidit, & ip-  
sum: quia perdita est per peccatum libertas,  
non à necessitate, sed à peccato. Qui enim  
facit peccatū, seruus est peccato. Istā liberta-  
tem illi soli nunc habēt, quos Filius per gra-  
tiā liberat. Quæ arbitrij libertas est & illa,

R iij

f. 146. a.

a  
1. lb. 2. 84. 35  
m. a.

a  
2.

3  
 qua quis liber est ad malū, & illa qua quis liber est ad bonū faciendum. Tertia à miseria, de qua Apost. ait. Et ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatē glorię filiorū Dei. Hanc libertatem habuit homo ante peccatū, quia omnino carebat miseria. & plēniūs habebit in futura beatitudine, vbi miser esse non poterit. Liberum ergo arb. cū semper & in singulis sit liberū, non est tamē pariter liberū in bonis & in malis, & ad bona & mala. Liberius est enim in bonis vbi liberatū est, q̄ in malis vbi nō est liberatum: & liberius ad malum quod per se potest, quā ad bonum quod, nisi gratia liberetur & adiuuetur, non potest.

CAP. 7. Duplex est libertas, scilicet à gratia & à natura.

Libertas ergo à peccatō & miseria p̄ gratiā est: libertas verò à necessitate per naturā. Vtrāq; libertatē naturę. s. & gratiæ, notat Apost. cū ex persona hoīs nō redēpti ait, Velle adiacet mihi, perficere autē nō Ro. 7. inuenio. quasi dicat, Habeo libertatē naturę, sed nō gratiæ. ideo apud me nō est perfectio boni. Nam voluntas hominis, quā naturaliter habet, non valet erigi ad bonū efficaciter volendū, vel opere implēdum, nisi per gratiā liberetur vt velit, & adiuuetur vt perficiat, quia (vt ait Apost.) Non est volentis Ro. 9. velle, neque currentis currere, &c.

Super  
 illud  
 non e  
 volēt

70m.